



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

ANNOT. IN HIOB

an stultus futurus sit : nam usq; adeo miser est homo
 ut quãndiu in hac uita, carnem & animam possidet
 nihil ei expectandũ fuerit, quã dolor, afflictio
 uniuersum calamitatis chaos: post uitã uero aliud
 habet, quã perpetuũ interitũ, in quo nescit, quid po-
 se agant filij eius, quis sit humanæ conditionis status
 nam si saltem hæc sciret, esset forte, uel leue solacium
 Breuiter, in uita, ois miseria, post mortẽ perpetuus in-
 teritus. O nos miseros, quis est liberator noster? Gra-
 tias agimus Deo, per Iesum Christum, cuius sanguine
 uindicati sumus à perpetuo interitu, & cuius cruce
 omnis nostra miseria, in benedictionem uersa est.

CAP. XV.

Respondens Eliphaz Themanites,
 dixit.

Num sapientis est loqui tumida & im-
 plere uentis uentrem suum?

Arguis uerbis inutilibus, & sermoni-
 bus nihil profuturis.

Propterea quod abiicisti timorem, &
 detraxisti querelis, ipsi Deo.

Sic docuit iniquitas tua, os tuum, &
 elegisti linguam astutorum.

Col

Condemnabit te os tuum, & non ego,
labia tua respondebunt tibi

Nunquid primus homo natus es, &
ante colles conceptus es?

Nunquid arcanum Dei audiuisti, & di-
minuetur præ te sapientia?

Quid cognouisti quod ignoramus?
quid intellexisti quod nescimus?

Et canus & senex inter nos sunt, mul-
to paribus tuis uetustiores,

NUM SAPIENTIS EST LOQUI.

In prior oratione, Hiob præter recensionem, grã
iudicij diuini, ad quã more suo, extra causam
fuit, docuit adflictiones, non merito peccati, sibi ob-
uenisse, se enim esse coram Deo, fide iustificatũ: pro
inde quæcunq; acciderint, innocẽti accidisse, adeoq;
expectare futurã liberationem: utcunq; præsens adfle-
ctio maior sit, quã ut citra desperationem ferri possit.
Elphas, hæc audiens pro carnis prudentia, calumnia
dicit, tanq̃ uentosa, inutilia, & blasphema uerba: par-
tim quod audeat Hiob se iustũ profiteri: partim quod
inter tantas blasphemias, audeat salutẽ sperare, dicẽs:
quid me decet sapientem, qualem te fingis, sic uentosa
inania & futilia loqui? Est enim uentrem replere uẽ-
limenta concipere secum, & uana effutire.

A N N O T . I N H I O B

PROPTEREA QVOD ABIECIST

De impijs scriptū est, Psal. 13. Nō est timor dei ante oculos eorum, neq; ulli magis honorem deo admirantur, quā impij hypoeritæ, suis uiribus confidentes. Sicut ut est uetus Adami consuetudo, à se in alium culpam transferre: ita Eliphaz, hoc ipsum in Hiobe calumniatur, cuius ipsemet obnoxius est: ait enim, timorem Dei non esse in Hiobe, ac Deum suo honore desultari, propterea, qd' dixerit se afflictiones citra peccatorum merita pati, ac iustificatū esse in cōspectu Dei. Atque prima facie hæc uerissima adparent, nisi iudicio spiritus, inter ipsa discernas: qui enim seipsum iustificat, blasphemat Dei iusticiā, quam sibi adrogat: sed aliter pij se iustificat, aliter impij. Pij iustificat se in Deo per fidem, quemadmodū & fortes, & prudentes & confidentes, in Deo se esse iactant, sicut scriptū est: qui gloriatur, in Domino gloriatur: impij uero, iustificat se in se ipsis, per opera, id quod est summa in Deum blasphemia. Proinde, Hiob adferens suā innocentia, nihil detrahit deo, nec timoris Dei expers est, sed id quod Dei est munus, palam profitetur.

SIC DOCVIT INIQVITAS OS TVVM
Sentēcia Euangelica: ex abundantia cordis, os loquitur, & ex uerbis tuis cōdemnaberis: est enim sensus, qd' tā impia ore crepes, satis indicat te esse iniquitate plenū, & ex uerbis oris tui, impius iudicaberis.

Iusticiam suā
probe iactāt
pij.

NUMQUID PRIMVS HOMO NAT.

Quod Iudæi Christo obijciunt, dicentes, quinquaginta annos nōdum habes, & Abraham vidisti? hoc est, adolescens propemodum es, & iactas Abrahamum te uidisse. Ita Eliphaz Hiobi obijcit, tu ne in quærens, primus homo, et ante omnes colles natus es? tu ne es ille senex, & antiquus dierum? qui omnē sapientiam cognoueris, ac ut ita loquar, deuoraueris? quis inquam, te uel consilium uel sapientiam Dei docuit, quando sis propemodū adolescens, & hester in senes dies tui? NOS sumus illi præclari uiri, qui sciunt & intelligimus Dei consilium ac prudētiam, ut si quis se ipsum iactes, iter nos sunt canes, lapsus sum dicere uolebā, cani, præsbiteri & seniores, q̄ prudētiam etate collegerunt: patres habemus, de quorum sanctitate & prudentia gloriamur. Sic Iudæi iactāt Moysen suum, dicentes: nos Mosi discipuli sumus. Sic papæ iactant doctores suos & concilia: hæc enim natura, prudentiæ carnalis est, quod cōclusa uerbi dicitur in ueritate, ad patres insynceriter intellectos adpellet: nec inter doctrinas, sed personas docentes discernat, & doctrinam ac Verbum ex persona Apostoli, non personam ex Verbo & doctrina iudicet. Ad hæc autem Hiob supra respondit, solam prudentiam apud Deum & in Verbo Dei esse: ceterū omnes homines, seu senes seu iuuenes, errare posse: cōprehendit enim

Solent patres
iactare, qui
Verbum con-
temnant.

R 2

ANNO T. IN HIOB

Dominus sapientes in sapientia sua, & prudentes
consilij suis: solus ergo Deus est, in cuius Verbo
prudentia & consilium querenda sunt.

Nunquid tam contemptæ reputantur
a te consolationes Dei? sed uerbum ab-
sconditum tecum est,

Quid adrogat sibi cor tuum, & quid in-
nuunt oculi tui?

Quoniam conuertis aduersus Deum
spiritum tuum, & educis de ore tuo ser-
monem (contra Deum)

Quid est uir quod mundus esset, & qui
iustificaretur natus mulieris?

Ecce inter sanctos suos nullus fidelis est
& cœli non sunt mundi in oculis eius.

Quanto minus uir qui est abominatio
& fœtor, bibēs sicut aquas iniquitatem?

NUNQUID TAM CONTEMPTÆ

Non solum audes o HioB, te in conspectu Dei iusti-
ficare, sed adhuc addis aliam temeritatē, speras enim
in Deum, confidis te posse ab eo quem tot modis blas-

phemas & dehonestas, salutem consequi: an consola-
tio, q̄ Deus contemnit, tam contēptibiles iudicas, ut proiectat eos
ante blasphematores? Deus peccatores non exaudit,
peccatores contemnat. et eos cōsolaretur? iustus sis oportet, & peccata tua
confitearis

confitearis coram Deo, si salutem ab eo sperare uolue-
 ris. Est autem hæc grauissima tentatio, e carnis pru-
 dentia nata, qua suspicamur, ne dicam desperamus,
 nos nõ exaudiri, & consolatonem non esse à Domi-
 no expectandã, ppter ea quod peccatores simus, &
 quod multipliciter Deũ offenderimus. In hũc etiã mo-
 dum, Christus mulierẽ chananæã tentabat, ut proba-
 ret fidem eius, dicens: non est bonũ sumere panẽ si-
 licet, & dare canibus, hoc est, canis es, non per-
 tuent ad te beneficia filijs pmissa: ita & nobis, quo-
 ties uel benedictiões iustorũ, uel precũ energias audi-
 uerimus, in mētis aurem susurratur peccator es, hæc
 ad te non pertinent, sed ad iustos, ad sanctos, ne scio
 quorũ itaq; oportet ut probe in hac tentatiõe firme-
 mus cor nostrum, Verbo promissionum, confitentes
 propter peccata nostra, nihil nos meritos esse, quã
 abiectionem & perditionẽ, propter promissionẽ autẽ
 fidem, Dei bona, nostra esse. Quod enim audea-
 mus sperare, gloriari & confidere super Dominum,
 non est nostræ iusticiæ, nec nostrarum uirium, sed mi-
 sericordiæ Dei, et promissionum suarum: adeoq; con-
 solationum Dei indigni sumus quidem, sed tamen in-
 digni: Deus autẽ non respicit, auxiliando & consolan-
 do, dignitatem, sed necessitatem & indigentiam.

Fides dignos
 facit oratores

SED VERBUM ABSCONDITVM TE-
 CV. רבב non tam Verbum, quã factum, aut

rem, more Hebræo, significat, et est hoc loco ironia, q. d. forte latet in te adhuc, abscondita aliqua res, a iusticia, quam non proferes, id quod tamen impossibile mihi uidetur: nam si uel mica iusticie in te esset, nunquam maxime omnium produceres, neq; tam blasphemia, elata & superba, aduersus Deum proferres: quid panis in cœlum os tuum? Cur inflaris tanto arrogantia tumore, aduersus Deum, ut cordis cōtumacia, ex oculis etiamnum tuis emicet? Quid calumniaris Deū, quod te citra meritum adfligat? quid te corā Deo iustificas? nam hoc pessime habet hypocritas, cum audiverint eos, qui gloriātur, in Domino bene sperare: zelo enim diuinæ iusticie uidentur affici, cū insectantur pios, in Domino gloriantes: sed zelus eorum non est secundum sciētiam, propterea quod uim Euangelij iustificantis & iusticiam ignorant.

Zelus hypo-
critarum.

QVID EST VIR, QVOD MVNDVS
Tu ne iustus es coram Deo, quando nec sancti Dei irreprehensibiles, nec cœli mundi sint in conspectu eius? quanto minus homo, abominatio & scœtor, qualis tu es? Verissima hæc sunt, nemo in se mundus, pius & iustus est, sed in Deo per fidem, omnis mundicia, puritas, & iustificatio possidetur: mundi estis, inquit Christus, per sermonem quem dixi uobis: & Petrus, fide purificantur corda: & Paulus, iustificati fide, pacem habemus &c. Porro, quod dicitur.

BIBEN

BIBENS INIQUITATEM SICVT *etc.*

Hebraismus est, quod nos possumus dicere, impletus iniquitate.

Expianabo tibi, audi me, & quod uidi, enumerabo.

Quid sapientes adnunciarint, & non abscondita fuerint a patribus eorum.

Ipsis solis data est terra, & non transiit alienus in medio eorum.

Omnibus diebus impius conturbatur, & numerus annorum absconditus est, tyranno.

Vox terroris in auribus eius est, in pace predator obruit eum

Non credit se reuersurum a tenebris, & uidet coram se gladium.

Si uerterit se ad panem quarendum, agnoscit quod parata sit in manu sua dies tenebrarum.

Exterrent eum tribulatio & angustia, superant eum, sicut rex imminens cum exercitu.

Quia extendit contra Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est.

Currit contra ipsum collo incuruicer uico, scuto suo.

ANNO T. IN HIOB

Quoniam operuit faciem suam adip
sua, & fecit rugam in latere.

DIVERSA LECTIO.

Vbi uetus tralatio habet, DE LATEROBIV
EIVS ARVINA DEPENDET, Hebr. ita
legit ריעש פימה עלי כסל .i. fecit labii
aut rugam in lumbis, quod Græcus ita interpretatur
καὶ ἐπὶ τοῖς πρὸ σόμιοι ἐπὶ τοῦ μηρίου id est
fecit capistrū super femora; nam arrogantium & su-
perbe resistantium, hæc facies est, quod projiciant, ut
dicitur, ampullas, & inflent ambas buccas, ut præ tu-
more (qui hoc loco adeps dicitur) oculi ferè abscon-
dantur, & ut in bene pingui bus, lumbi uel sesq̄ pede
extāt: ita impij, arrogātia inflatissima, deo repugnāt.
Proinde ut bene Lutherus, Paraphrasi quasi explica-
uit) hunc habet sensum: impius fastuose, pertinaciter
& arroganter, cum summo contemptu, Deo resistit.
EXPLANABO TIBI, AVDI ME, ET
QVOD, &c. Eodem quo alij amici argumento,
etiam Eliphaz, ex impiorum maledictione, probare
conatur Hiobem esse impium: tale autem est quod di-
cit: impij maledicuntur, iudicio Dei terrentur, nunq̄
securi sunt: habent uitam suam ante oculos pendens-
tem, desperant: breuiter, omnibus malis obruuntur.
Iam quum Hiob, eadem maledictiōe afficiatur (despe-
rat enim, & planè iudiciū impij sustinet) oportet igi-
tur eum

tur eum impium esse. Porro ne uideatur nugæ agere, patres sanctos, sapiētes, et à Domino benedictos, cre patribus quod ait, ipsis solis (scilicet, sanctis patribus) data est terra, similis est loquutio, cū ea, quæ est Esa. 52. Audite uestimētis gloriæ tuæ Hierusalem, ciuitas sancta, quia nō adiciet ultra, ut pertranseat per te in circuitibus & immundus, hoc est, benedicta eris & à seruis aliena. Sic et hoc loco terra data est solis patribus, hoc est, patres sunt benedicti, sancti & mūdi, inter quos nullus alienus et impurus connumeratur. Quæ uero sequuntur, de impiorū maledictiōe, siue patris, siue filij docuerint, certe uera sunt, dabimus patribus sic docuisse, non tamen dabimus sic intellexisse, quæ modo Eliphaz deprauat, et ad Hiob infontē torquet, quāuis enim impiorū iudicia sustineat, nō tamē uelut impius iudicandus est, propterea quod, omnes sue afflictiones, ex fide iustificato, adiderint.

OMNIBVS DIEBVS IMPIVS CONTRIBATVR. Plerasq; sententias hic positas lex repetit, Leuit. 26. Deuter. 28. Nam, quum ut alii querunt, Hiob ante legem scriptam fuerit, nō potuerit amici testimoniā ex lege citare, sed ē patrū auctoritatē, quorū tpe quamuis lex non erat scripta, erat tamen menti eorū patefacta, Rom. 7. Proinde, eandem hoc loco, patrū citatio, auctoritatē habet, quā apud nos legis scriptæ sententiæ, si modo utrinq; synceriter

ANNOT. IN HIOB

Et cum Euangelij intellectu fiat, nunquam enim patres, nec lex recte, in sententijs suis intelliguntur, nisi expositione Euangelij, quod est legis reuelatio. Porro aliàs de impijs scribitur: uia impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prauaricantur, et iniquagunt: item, à fructu frumenti uini et olei sui, multiplicati sunt. iam si impij prosperantur, et prauaricantur gladio suo aduersus pios, quomodo hoc loco dicitur conturbari, et gladium metuere? Ante iudicium Domini, prospera impijs adcidunt, securissime habitant, et ut Esa. inquit: Percusserunt fœdus cum morte, et pactum fecerunt cum inferno, existimantes flagellum mundans, cum uenerit, mox transiturum: at postquàm Dominus iudicauerit, eueniunt eis omnia, quæ hic numerantur, Sic Hierem. 4.4. fatentur impij, se nulla re egressi, dum adhuc sacrificarent regine coeli, postquàm autem cessauerint, se queruntur cõsumptos esse: hoc est, ante iudicium uidentur mali, belle ualere, sed eo reuelato, tum uero incipit labor et dolor etc. Est autem hoc loco Hebræum uerbũ **מתחורל** quod à partu descendens, significantius exprimit impiorum anxietatem: nam quemadmodum mulieres pregnantes,

Per Euangelij tes, partui propinquæ, subito dolore corripiuntur, **on intelligi** longe aliud cogitantes: ita impij, citato iudicio obruntur, quasi oscitantes, Esaie 13. Torsiones et dolores tenebunt: quasi parturientes dolebunt. Hierem. 6. Tribulatio

Tribulatio
Buc facit
tristit
omnis uita
aut despera
exempli p
tanto timor
torios, c
et quid no
ETNVM
DITVS E
nocat, tac
egerit, qua
est sensus: r
id est, impi
per formid
Erit uita tu
sic, mane c
tra aut nua
seruus,
semper ma
a impijs, i
VOX
Sic Det
ita fugien
tuntur imp

Tribulatio adprehēdit nos, dolores ut parturientem.
 Huc facit & Græcus interpres, qui ita hunc locum
 trāslulit τὰς ὀβίος ἀσθεῖν ἐν φόβῳ, id est,
 omnis uita impij, in cura est, nihil enim aut curiosius
 aut desperatius est uita impiorū: cuius rei uel unum
 exemplū præbet Dionysius ille impius tyrannus, qui
 tanto timoris cruciatu angebatur, ut cultros metuens
 prosperos, candenti carbone, sibi adureret capillum:
 & apud nostros Chaim, ut est Gen. 4.

ET NUMERVS ANNORVM ABSCON-

DITVS &c. Impiū hoc loco, Eliphaz tyrannum
 uocat, tacite perstringens Hiobem, quod tyrannum
 egerit, quando adhuc prosperiori fortuna uiuebat, et
 est sensus: numerus annorū absconditus est tyranno,
 id est, impius iudicante Domino, semper timet, sem-
 per formidat, nihil certi de uita sua sciēs, Deuter. 28.
 Erit uita tua quasi pendens ante te, timebis die ac no-
 te, mane dices mihi, quis mihi dabit uesperum? Con-
 teratū numerus annorum, pio reuelatus est, non ab-
 sceditus, quia securus in Domino uiuit, expectans
 semper manum Domini uocantis, ut quando uenerit
 a iustis, inueniat eum paratum & uigilantem.

VOX TERRORIS IN AVRIBVS &c.

Sic Deut. 28. Terrebit eos sonitus folij uolantis, &
 ita fugient quasi gladiū: tanto enim terrore corrip-
 untur impij, ut in pace etiam nū, prædatorē timeāt,

Tyrannorū
 metus mors.

Pius securus,
 quasi sciat ut-
 tē numerum

**Stupēdus me-
sus impiorū.** nec unq̄ adduci possunt, ut credant se reuersuros à
nebris, id est, posse ab infœlicitate liberari, desperati
enim, gladiū ob oculos positum imaginantes, etiam
longe absuerit, hoc est quod Mose dicit. Erit uita tua
pendens ante te, cadet nullo persequente, & corruet
singuli super fratres suos, quasi bella fugientes. Tale
iudicium habes in Midianitis iudic. 7. & in Syris 4.
Reg. 7. Græci uocāt πρῆξιόν quādo exercitus q̄spit
subitaneo timore, nullo adhuc hoste uiso, terretur.

SI VERTERIT SE AD PANEM.

**Tenebræ ma-
ledictio.** Tenebræ, communi phrasi, pro maledictione &
infœlicitate sumuntur. Est autem huius uersus sentē-
tia: impius omnia ex infidelitate & desperatione agit,
querit uictum, non quia credat se à Domino nutriri,
sed quod timeat egestatē, nec credit sua negocia à do-
mino benedici, sed pro desperatorū more, oīa bene-
dicta, maledicta existimat: adhuc tanta tribulatio &
angustia eum corripunt, perinde ac truculētissimus
hostis, cum ingenti exercitu eum persequeretur, &
iam iam capiti suo immineret. Sed quare tam grāde
iudicium impium obruit? Sequitur.

**Impij frustra
resistūt Deo.** QVIA EXTENDIT CONTRA DEVM
MANVM SVAM. Deus potentissimus & fortis-
simus est, adeoq; in suis Decretis durissimus, à quibus
auelli nequit: impij autem sua impotenti potentia, &
inualida manu, diuinæ fortitudini occurrentes, ac res-
sistentes

sistentes, quid aliud faciunt, quam quod suas ipsorum
 vires frangant? quemadmodum si acuto ligno, durum
 ferrum, contundere coneris, citius lignum in obtusita-
 tem contundes, quam ferrum diffindas. Proinde, re-
 sto iudicio, impij manum contra Deum leuantes, per-
 sequendo populum, & Verbum suum, cadunt & in
 desperationem conijciuntur. Describitur autem hoc lo-
 co, pulchre admodum impiorum conatus, solent enim
 extensis omnibus viribus suis, erecto collo, ualido im-
 petu, arrogantia incuruiter uca, atq; adeo, ut ipsis
 uideatur, infringibili potentia, suos conatus adornare.
 Sed in medijs conatibus vires eorum franguntur, ut Saule
 in herbis contigisse uides 4. Reg. 19. Nos igitur hoc iu-
 dicio docemur, ut non emulemur malignantes, nec
 exlemus iniquitatem facientes, quoniam tanquam scæ-
 rum uelociter euanescent: deim, ut uidentes non tam
 per Verbum Domini, quam per exempla, impiorum
 casum, in timore Domini ambulemus.

QVONIAM OPERUIT FACIEM SV
 AN ADIPE &c. Idest, impius tumet, inflatur Impius resi-
 stit aduersus Deum, & pertinaciter ei resistit, sicut Deo, etiam
 quam interim uideatur se suis operibus, obsequium si colere eum
 Deo prestare, ut habes in Saule, q̄ sacrificijs ex Ama uideatur.
 lech reseruatis, existimabat se deo facturum rem gra-
 tiam, sed eo ipso opere adroganter resistebat Verbo
 Domini. Porro quod dicitur: FECIT RVGAM

ANNOT. IN HIOB

IN LATERE, hanc sententiam habet: inflatus impius aduersus Dominum: nam **רָגַע** ruga esse scribunt in cute iuxta lumbos natā, propter carnis pinguedinem: uetus tralatio, aruinam habet. Igitur homo quispiam pinguedine crassus, & aquaduculum habens sesquipedem extantem, magnū loci spaciū occupat, obesos et marcidos præ se proturbans: ita impius, in tantū inflatus est, ut etiam conetur præ pinguedine, hoc est, adrogantia sua, Deum è caelo profligare, ut uides in Nebucadnezar, Esa. 14.

Et habitabit in ciuitatibus desolatis, in domibus desertis, quæ minant ruinam.

Non ditabitur, & non augebitur substantia eius, & nō extendetur ad terram perfectio impiorum.

Non effugiet (impius) a tenebris, germen eius exarescet a flamma, & aufertur spiritu oris sui.

Non credet uano errore deceptus, quod inanis futura sit amaritudo eius.

Tempore non suo finem habebit, & ramus eius non uirescet.

Rapietur sicut uua immatura uinea, & proiicietur sicut oliuæ flos.

Consilium hypocritæ derelictum erit,

et ignis

& ignis deuorabit tabernacula dona ad-
cipientis.

Cōcipit dolorem & parit iniquitatem,
& uenter eorum præparat dolum.

ET HABITABIT IN CIVITATIB.

Pergit Eliphaz in recensendo, maledictionū impi-
orum catalogo: impius ait, habitabit in ciuitatibus de-
solatis, hoc est, maledictus erit, nusquam habebit tu-
tum locum, etiamsi minutissima quæq; occupauerit,

*Nihil satis tu-
tum impijs.*

Deute. 28. Destruentur muri tui firmi, in quibus fidu-
ciam habebas. Nā quando Dominus ab impijs recessit,
nihil munitiois relinquitur: ut in deuastatiōe
Hierusalem, à TITO imperatore facta. Erat ea urbs
inexpugnabilis, teste etiamnum ipso hoste, sed quia
Dominus abierat, abiit & murorum firmitudo, uide
Iosephum de bello Iudæico.

NON DITABITVR, NEC AUGEBI-

TVR &c. Quid ergo de impijs Hiere. ait cap. 12.

Vu impiorum prosperatur, plantasti eos & radicem
miserunt in terra, proficiunt & faciunt fructū? Hie-
remus de euentu ante iudicium, Eliphaz uero & lex
de ipso iudicio loquuntur. Itaq; ditantur impij, quia
extrinsecus coram hominibus benedicti adparēt: non
ditantur, nec augetur substantia eorum, quia intrin-
secus in cōspectu Dei maledicti sunt, quæ maledictio
tandem magno ipsorum malo reuelabitur.

ANNO T. IN HIOB

ET NON EXTENDETUR AD TENEBRAS. Idest, impijs nunq̄ est satis opum, nullā perfecte possident, quia citra fidem possident, augetur quidē opes malis artibus quæsitæ, sed perit & fructus earum, abest benedictio, non enim copia sola, sed fidelis usus benedictio est.

*Impius semp
& oia timet.*

NON EFFUGIET A TENEBRIS. Tenebræ, calamitates sunt. Porrò non est gens que magis timeat calamitates, mortes, & infernū, quam impiorum turba, nec quisquā citius ijs obruitur, quoniam enim impius timet, hoc accidet ei, usq; adeo uerum est, quod communiter dici solet: non est Christianus qui timet sathanam aut infernum, Dominus enim solus timendus est, nec timor calamitatum à calamitate liberabit, sed solus timor Domini.

GERMEN EIVS EXARESCEAT

Hoc est, benedictio impiorum uertetur in maledictionem, & sicut arborum rami igne exuruntur, & uento, qui spiritus dei dicitur, dissipantur: ita omnes impiorū benedictiones, iudicio Domini, & spiritu oris eius pereunt, ut Saul ramos extendebat, & electus domini uidebatur, sed flāma exussit ramos eius, & spiritu oris Domini, subito cecidit.

NON CREDET VANO ERRORE DECEPTVS. Duplex sententia: sic deceptus est impius, ut nō credat, peiorē futurā esse amaritudinē

suæ conditionem, æstimans sese perpetuo foeliciter ui-
 uerit: uel quod nõ credat amaritudinem suam frustra
 neam esse, & timorem suũ esse falsum, sic enim de im-
 pio scriptũ est: fugiet nullo persequente, nõ impietas
 confirmata, adeo excæcat, ut falsissima, credat uerissi-
 ma, & quemadmodũ patiens uertiginem, omnia pu-
 tat eueruerti et circumgyrari, ita impius, iudicio Do-
 mini cõprehensus, omnia sibi formidolosa fingit.

TEMPORE NON SVO, FINEM HA-
 BEBIT. Eandem sententiam habes Psal. 54. Dolosi

non dimidiabunt dies suos, & Prouer. 10. Timor Do-
 mini prorogat uitam, & anni impiorum breues sunt:
 Ideo aut̃ impij non dimidiant dies suos, quia mors eos
 sęp̃ imparatos inuenit, hæc enĩ uena, nobis ab Adã a-
 guta ẽ, ut nullã arborẽ ad suspẽdiũ aptã, inuenire pos-
 simus, neq; unq̃ caro mortẽ eligit, nisi pressa iudicio.

*Impios non di-
 midiare dies
 suos.*

ET RAMVS EIVS NON VIRESCET.

Ramũ intellige, uel arboreũ, uel progeniem, uel
 propriã impij: nõ propter impiũ parentem maledicũ
 filij, nõ infantes, sed paternæ impietatis hæredes.

RAPIETVR SICVT VVA IMMATV-
 RA. Id est, impius ante tempus, priusquã aliquid

male suspicetur, perit: omnes autem pij, ad maturitatẽ
 perueniunt, hoc est, moriuntur parati.

CONCILIVM HYPOCRITÆ DERE SOLI SIBI IUSTI-
 LICTVM. Vt hypocritæ, solos se sanctos & iustos hypocritæ.

ANNOT. IN HIOB

Hypocrite iudicia corrumpunt.

existimant, quæuis præ sua sanctitate contemnerit, ita soli derelinquentur in æterna damnatiõe: pij uero in cõmuni iudicio se cõprehensos agnoscunt, quod quod oës peccauerunt, omnis homo mendax: proinde liberantur. Porro, dona adicipiens, hoc loco, generaliter pro quouis impio hypocrita adicipitur: ut enim iudices, donis permoti, iudicium peruertunt, & iniustam causam iustificanc: ita hypocrite impia, pia iudicant.

CONCIPIT DOLOREM, ET PARIT INIQUITATEM. Eadẽ habes Psal. 7. Impiorum conatus & cõceptus sunt dolor, opus eorũ est labor, & totũ factũ iniustũ & impiũ est, id quod uel uno exemplo manifestũ fit, quãtã enim fuit sollicitudinis, tot modos et formas Confitendi & Missandi, excogitare, quod uero ex hoc conceptu aliud, quã iniquitas prodijit: ET VENTER EORVM PRÆPARAT DOLUM. Id est, cogitatio impiorũ, dolus & hypocrisis est, non ueritas. His omnibus, Eliphaz Hiobem mordet, tanquã impiũ hypocritã, propterea quod enumeratis iam calamitatibus, quæ sunt impiorum supplicia, obrutus sit: sed longe aberrat, malis enim bonis, & bonis mala eueniunt, donec Dominus generali suo iudicio, omnia nunc incompõsita, disponat. Nos autẽ, quum audierimus tot impiorũ maledictiones futuras, discamus Dominum timere, & uoluntati eius obsequi, ne partem nostram ponat cum hypocritis.

Capitulum